

# PAVLI OROSII

presbyteri Quæstiones quædam de Trinitate,  
& alijs sacrae scripturae locis abstru-  
sioribus ad D. Augustinum præ-  
ceptorem suum, & eiusdē ad  
eos locos responsio.



*Deus non est deus nature, non debet ergo de for-  
mari quod natura homini in deus dedit, Te-  
nulli autem de corona militis.*

PARISIIS

Apud Michaelē Vascofanum, uia ad  
Dium Iacobum, sub signo Fontis.

1533

*visio*

PAVLI OROSII

epistolae Quatuordecim ad Romanos  
et ad alios sacros scripturas locis apertis  
liber ad D. Augustinum pres.  
epistolam suam & eiusdem ad  
eos locos rescripto.

76

*Deus in hoc est hanc naturam in seipso  
non quod natura homini in seipso  
in seipso deorum natura.*

P A R I S I I S

Apud Michaelem Valcoianum, vis ad  
Dumum Jacobum, sub signo Fontis.

1733

30 QVÆSTIONES OROSII, ET  
RESPONSIONES AVGVSTINI.



Incet multi & probatissimi uiri, diuerso quidem stylo, sed nō diuersa fide, innumerable opuscula ediderūt, ita ut difficile sit eorum omnia legere, ea tamen quæ leguntur, propter eloquiū uenustatem, & difficillimas quæstionū prolixitates minime intelligere possumus. Reuera em̄ dum coguntur propter altitudinem scripturæ diuinæ occultè uia carpere, paruitati nostræ ambiguitatem non minimam reliquerunt. Sunt etiā planè spiritales uiri, qui eorum adsequuntur eloquium, & penetrant intellectū, quorum nos dum concupiscētia fatissacimus, præclaræ eorū sentētia nō æquamur, ut ea sicut illi intelligere ualeamus. Quapropter te quæso, ut percunctanti mihi respōdeas & quæ obscuritatem faciunt, elucidare digneris. Orosius, Primum quæro abs te, utrum deus trinitas sit, & quibus testimonijs id adprobes nosse desydero. August. Principiū Geneseos euidēter ostendit: Ait em̄, In p̄ncipio fecit deus cœlum & terrā. Quem alium principiū intelligēdum putabimus nisi filium? Ipse enim de se interrogātibus Iudæis quis esset respōdit, Principiū, quia & loquor uobis. Ergo principiū filius, per filiū fecit deus cœlum & terrā. Omnia per ipsum facta

*Deum trinitati eē p̄bat*

sunt. Sicut & Iohannes euangelista narrat, Et sine ipso factū est nihil quā factū est. Procul dubio in dei nomine pater, in principij nomine filius intelligendus est. Profecto cū dixisset, In principio fecit deus cœlū & terrā, subsecutus adiūxit, & Spiritus dñi ferebat sup aquas qui tertia est ī trinitate p̄sona. Igit̄ si trinitas nō est, nūq̄ dñs noster IESVS CHRISTVS diceret discipulis suis, baptizate oēs gētes ī noīe patris & filij & spūs sc̄ti. nec baptizato dño ī Iordane à Iohanne uox de cœlo diceret, Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene cōplacui, nec spūs sanctus in colūbæ specie descēdisse sup eum, & māsisse diceretur. Miror infelicē Sabellianā hæresim, hoc est patri passianā, q̄ sic cæci sint mēte, ut tam præclara, tam aperta testimonia nō attendāt. Ipsi em̄ asserunt unam esse personam, id est ipsum sibi filiū esse, qui pater est, ipsum spiritū sanctū, sed nos cæcitatē ipsorū relinquētes, tres personas secūdū scripturas sanctas itelligamus, id est aliū esse patrē qui genuit filiū, aliū qui genitus est à patre, aliū spiritū sanctū, nō aliud, quia substantia unū sunt. Personas distinguimus, nō deitatē separamus. Igitur filius dei, natura est filius, nō adoptione. Sic enim scriptum est, Ex utero, inquit, ante luciferum genui te. Non deus pater uterū habet sicut nos, aut corporeus esse credendus est, sed per uterum substantiam intelligi uoluit, de qua natus est filius, quod est, pater hoc ge-

*Hic Orosij aut  
Augustini manu  
feste est. E. Cuius  
tamum.*

nuit, deus deum, lux lucem. Igitur sicut homo homi-  
 nem & canis canem gignit, nunquam uisum est ut  
 homo genuerit canem, at per hoc non de nihilo, ne-  
 que de aliqua substantia, sed de ipso genuit filium.  
 Oros. De personarum distinctione uel de geniti fi-  
 lij persona satisfactū mihi esse arbitror, nunc quæ-  
 ro quid credas de spiritu sancto, utrum & ipse in-  
 genitus sit, an genitus. August. Spiritum sanctum  
 neque ingenitum neque genitum fides certa decla-  
 rat: quia si dixerimus ingenitum, duos patres affir-  
 mare uidebimur, sin autem genitum, duos filios cre-  
 dere culpabimur, sed quæ certa fides tenet, nec inge-  
 nitus nec genitus, sed ab utrisque procedens, id est à  
 patre & filio. Et ut hæc testimonijs approbem, ip-  
 sum dominum nostrum I E S U M C H R I S T U M  
 discipulos suos audi docentem, Cum autem uene-  
 rit, inquit, paracletus quem ego mittam uobis à pa-  
 tre, spiritū ueritatis quæ à patre, procedit, ille testimoniū  
 perhibebit de me. Et rursum ipse dñs noster I E S U S  
 C H R I S T U S post resurrectionem suam ut ostēde-  
 ret à se procedere spiritū sanctum sicut à patre, in-  
 sufflās in discipulos suos ait, Accipite spiritū sanctū.  
 Unus ergo spiritus est patris & filij, unus amborū  
 spiritus. Igitur quæ patris sit spiritus, ipse dñs & salua-  
 tor noster discipulis suis ait, Nō enim uos estis qui  
 loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in

I. o. s. b. 5. l. a. p. t. o. b. 1. c. 1. 2. a. i. i. i.

uobis. Et quòd idem & filij sit spiritus, Paulus Apostolus testis est, Si quis autē, inquit, spiritū CHRIS-  
STI non habet, hic non est eius. Oros. De singulis  
p̄sonis quòd alius sit pater, alius filius, alius spiritus  
sanctus, uel q̄ filius sit genitus, & spiritus sanctus  
sanctus procedēs secūdum scripturas sanctas aduer-  
timus. Nunc uerò illud scire cupio, si deus sit filius,  
aut spiritus sanctus, uel utrum sit una substātia uel  
essentia, quod Græci homusion dicūt. August. Intē  
de animo & uerè quæ te mouent libentius demon-  
strabo. Beatus Paulus Ap̄lus quòd filius sit deus ad  
Rom̄. scribēs, quorū patres inqt, ex quibus CHRIS-  
STVS secundū carnē, qui est super omnia deus be-  
nedictus in secula. Et iterū in euāgelio secundū Io-  
hannem, Vt cognoscāt, inquit te solū dñm, & quem  
misiisti IESVM CHRISTVM. Ordo est uerbo-  
rum, ut cognoscant te, & quem misiisti IESVM  
CHRISTVM uerū dñm. Et rursus alia scriptu-  
ra dicit, Vt simus in uero eius filio IESV CHRI-  
sto, ipse est uerus deus & uita æterna, & ut æquali-  
tatē suam ostendat ait ipse dñs, Ego & pater unum  
sumus. Vnum sunt scilicet natura non persona. Et  
iterū, Propterea, inqt, quærebāt IESVM Iudæi in-  
terficere, q̄a nō solū soluebat sabbatū, sed & patrē  
suū dicebat dominū, æqualē se facientē deo. Et rur-  
sum beatus Ap̄lus Paulus, Qui cum in forma dei  
esset, nō rapinā arbitratus est eē se æqualē deo. Nō

poterat esse rapina, ubi æqualis erat natura quæ nõ  
erat usurpata, sed donata, non rapuit, quia habuit,  
& multa innumerabilia quæ ad momētum non oc-  
currunt, spiritū uero sanctū dñm. Acta Apostolo-  
rū apertiss. edocēt. Anania, inqt Petrus cur tētauit  
Sathanas cor tuū mētiri te spiritui sancto. Et infra,  
nõ es mētirus hoībus, sed deo. Et in euāgelio scđm.  
Iohānem, dñs, inquit, spiritus est. Paulus Apostolus  
ad Corin. scribens. Nescitis, inquit, quia corpora ue-  
stra corpus est spiritus sancti, qui in uobis est, quem  
habetis à deo, & nõ estis uestri, empti enim estis ma-  
gno precio glorificate & portate dñm in corpore  
uestro. Pater inquā deus, Filius deus, Spiritus san-  
ctus deus, non tres dij, sed unus deus est. Nam si pa-  
ter maior, filius minor, spūs sanctus plusquā minor,  
quod heretica prauitas asserit, iam nõ erit unus de-  
us, sed tres dij: quod nephas est credere, & ualde re-  
darguit eos scriptura diuina. Audi, inquit, Israel do-  
minus deus tuus, deus unus est. Ac per hoc sicut nõ  
dicimus tres deos, nec tres essentias, ita nec tres sa-  
piētias, nec tres spiritus. Nam interrogati de singu-  
lis personis, si pater sit sapientia, uel spiritus sanctus,  
Respondemus, pater sapientia, & filius sapientia, &  
spiritus sanctus sapiētia, non tres sapiētias, nec tres  
spiritus: sed una sapiētia, & unus spiritus, sicut una  
est substantia, aut una essentia, quia hoc est illi esse  
quod sapiētē esse, uel spiritū esse. Oros. Et si æqua-

si non

les sunt pater & filius, quomodo ipse filius dicit, pater maior me est: & non ueni uoluntate meam facere, sed uoluntate eius qui me misit, & pater si fieri potest, transeat a me calix iste, & mea doctrina non est mea sed eius qui me misit. August. Ista omnia & alia quae a te nunc sunt dicta, secundum formam serui quam assumpsit dicta sunt. Igitur cum primus homo conditus esset a deo, & libero arbitrio muneratus, preceptumque ei positum esset, & si custodisset quod & deus preceperat, morte neque corporis neque animae mulsetaretur, Sed ille inobediens mandato dei, atque elatus superbia, suasioni serpentis obediens dei precepta contempsit, & haec causa extitit, ut mortis periculum incurreret, & ab illo uno homine omnis humana natura uitiosa atque peccato obnoxia mortalis existeret. Apostolus Paulus per unum hominem, inquit, peccatum intrauit in mundum & per peccatum mors, et ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt, quia sicut per unum hominem omnes homines in condemnationem, ita & per unius iustitiam omnes homines in iustificationem uitae. Et iterum, Primus homo de terra terrenus, secundus homo de caelo coelestis, hic inquam homo, coelestem utique dico, quia non ex humano conceptus est semine, sed de Maria uirgine pro nostra salute adsumptus a filio dei, sicut euangelista Iohannes testatur, Et uerbum caro factum est, & habitauit in nobis, & uerbum carnem factum, non in



non in carne mutatum ut non desisteret esse quod  
erat, sed coepit esse quod non erat, adsumpsit enim  
carnē, non se conuertit in carnē. Carnē istam à par-  
te totum hominē intelligimus id est carnē & aīam  
rationabilē, ut sicut primus homo & carne & ani-  
ma mortuus fuerat, ita etiā oportuit, ut per media-  
torē dei & hominū IESVM CHRISTVM, & carne &  
anima uiuificaret. Ergo ut supra diximus secundū  
adsumptā hominis formā dictū est, Pater maior me  
est. Oros. Video te dum de uno dei filio ingresses, du-  
os introducere uoluisse, ut dicas filiū dei filiū homi-  
nis. August. Non sunt duo filij sed unus, quia ille  
qui erat dei filius, factus est hominis filius in unitate  
p̄sonæ, quia sicut anima & caro unus est homo, ita  
uerbum & homo unus est CHRISTVS, duas substā-  
tias accipimus in uno filio dei, unam deitatis, alterā  
humanitatis, non duas personas. Igitur si dixerimus  
duas esse personas introducimus duos filios, tum  
etiā non erit trinitas sed quaternitas. Profectō enim  
per id quod deus est æqualis semp̄ patri ubiq; præ-  
sens est & in cœlo totus, & ī terra totus, & nullo cō-  
tentus cœlo. Per id quod homo & passus & mor-  
tuus sit & resurrexerit & ascēderit in cœlū sedetq;  
ad dexterā p̄ris, & sic ueniet ad iudicādos uiuos ac  
mortuos, quēadmodū est ire uisus in cœlū, in eadem  
forma carnis atq; substātia, cui profectō īmortalita-  
tē dedit, naturā nō abstulit. Oros. Vna substātia est

b.i.

patris & filij & spūs sancti, & quō filius sine p̄re & spiritu s̄cto suscepit carnē? Aug, Neq; p̄sona p̄ris neq; spūs sancti, sed sola filij p̄sona suscepit carnē, & ut hæc intelligas cōparationibus utar, ut ex creatura intelligas creatorē, certe in aīa est ratio, & cū sint unū, aliud aīa agit, aliud ratio, aīa uiuimus, ratione sapimus. Ita pater & filius & spūs s̄ctūs cū sit una substātia, tota trinitas operata est hoīem, quem adsumpsit nō tota trinitas, sed sola filij p̄sona. Oros. uoluntate genuit pater filiū an necessitate? August. nec necessitate nec uoluntate, quia necessitas in deo non est, præire uoluntas sapiētia nō potest, quod est filius. Igitur prius est rationabiliter sapere quā rationabiliter uelle. Nā quidā noster, cū interrogaret eū hæreticus, utrū uolēs an nolēs genuerit pat̄ filiū, laudabiliter respōdisse fertur, dic, inquit, & tu hæretice, deus pater necessitate deus an uoluntate. Quod si dixisset necessitate, seq̄batur illū grandis absurditas, si autē uoluntate, respōdebatur illi, ergo uoluntate est deus non natura, & in laqueū quē uolebat ponere, ipse incidit, & uidēs se cōuictum obmutuit. Oros. Quomodo illud intelligēdum est quod legitur sicut pater uitā habet in semetipso, sic dedit & filio uitā habere in semetipso. Aug. Scimus filiū dei a seipō nō esse, s; a p̄re genitū esse, p̄rem uerō a nullo genitū esse, à nullo uitā genitū accepisse, dedit pat̄ filio uitā gignēdo, nō qđ prius fuerit filius sine uita

*Optima res  
p̄sona.*

& postea acceperit uitā, sicut nos q̄ per pct̄m̄ amisi-  
mus uitam, & per gratiā saluatoris recepimus. Ideo  
dicitur, accepit uitā quia nō est a seipso genitus, nō  
existēdo dedit, sed gignendo. Oros. Quoniam &  
ratione & testimonijs persuasisti mihi de subiectio-  
ne filij, quod nō sit sc̄dm̄ substantiā minor, sed sc̄dm̄  
formā serui quā adsumpsit, ideoq; dic quid de mis-  
sione spūs sancti sentias, nūquid nā & ipse hominē  
adsumpsit, ut missus esse dicatur? Aug. Sicut sc̄dm̄  
substantiam seu missus seu minor filius, ita nec spūs  
sanctus. Postremo sicut ille ppter hoīem minor aut  
missus, ita iste, ppter columbā uel ignē missus dicit̄.  
Sed quia non in ea substantia, qua æqualis est pa-  
tri, apparuit, sed ut dictum est per subiectam crea-  
turam. Non enim sicut filius hominem adsumpsit,  
ut in æternū permaneat, sic spiritus sanctus colum-  
bam uel ignem. Sed factam illi uisionem de creatu-  
ra inferiore ad manifestandum spiritum sanctū es-  
se, postea adstiterit, nunquā illa incōprehēibilis im-  
mutabilisq; diuinitas, quę est trinitas deus, ab oculis  
carnalibus uideri potest, nisi ut dictum est per sub-  
iectam creaturam. Oros. Filius autem dei sic de  
patre quo modo natus, non quo modo datus, spiri-  
tus uero sanctus sic est de patre & filio, quō datus  
nō quō natus. Ideo q̄ro quid distat inter natiuitatē  
filij, & processionem spiritus sancti. August. Filius  
autē solius est p̄ris, nō spūs sc̄tūs, amborū spūs, id est

patris & filij, qđ si spūs filius esse diceretur, nullus autē filius est nisi duorū patris & matris quod absit quòd inter deū patrē & filium aliquid suspicemur, quia nec filius hoīs ex patre pcedit & ex matre, quia cum pcedit ex patre nō tunc pcedit ex matre, & cū pcedit ex matre in hac luce, nō tunc pcedit ex p̄re. Spūs uero sc̄tūs nō de patre pcedit in filio, & de filio pcedit ad sanctificandam creaturā, sed simul de utroq; pcedit. Oros. Quò intelligēdū est illud qđ Iohānes euāgelista de spiritu sc̄tō dicit quod nō loquatur a semetipso, sic enim ait, Nō em̄ loquitur a semetipso, sed q̄cūq; audiet loquetur. August. Quia nō est a seipso, pater em̄ a nullo est natus, filius a patre est genitus, spūs sc̄tūs a patre pcedēs. Ideo nō loquitur a seipso, sed q̄cūq; audit loquitur. Audire illi, esse est, esse a se nō est, sed a patre. Ideo q̄cūq; audiet loquitur. Oros. Quid est qđ dicit Ap̄ls Paulus ad Roma. scribēs, Nā quid oremus, inquit, sicut oportet nescimus, sed ipse spūs postulat p nobis gemitibus inenarrabilibus, qui autē scrutat̄ corda, scit quid desideret spūs, q̄ sc̄m deū postulat p sanctis. Aug. Modus iste locutiōis, q̄ frequēter ī scripturis sanctis inuenitur, sicut dicit Deus ad Abrahā, Nūc cognoui quod timeas deū, hoc est cognoscere te feci: sicut dicit Apostolus, Nunc cognoscitis deū, imo cogniti à deo. Semper omnia in præsciētia dei sunt antequā fiant, præsciētia sunt futura iam facta sunt.

Quò

Quomodo dicit cogniti à deo nisi faciēte deo ut co-  
gnoscamus deū, sicut & hic scribitur, spiritus san-  
ctus gemere pro nobis, id est gemētes nos facere, in-  
fundendo nobis charitatē in deum & proximū, si-  
cut dicimus lætus dies qui nos lætos facit, aut tri-  
stis, quos tristes facit, aut læta epistola quæ nos læ-  
tos facit, ita & hic gemere dicitur spiritus sanctus,  
eò quòd nos gemētes facit. Oros. Cum Iudæi signū  
peterent à dño saluatore nostro respondit illis, Ge-  
neratio hæc signū quærit, & signū nō dabit ei nisi  
signum Ionæ prophetæ. Sicut em̄ Ionas fuit in uen-  
tre cete tribus diebus & tribus noctibus, ita erit &  
filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus  
noctibus. Approba ergo quomodo fuerit in infer-  
no tribus diebus & tribus noctibus, cum die sexta  
sabbati quæ est parasceue hora nona emiserit spiri-  
tū, & prima sabbati ante lucem, quæ est dominica  
resurrexerit. Ecce nō sunt tres dies pleni nec tres no-  
ctes. August. Antiqui patres nostri hoc senserūt ut  
prima dies quæ est parasceue à parte ultima totus  
cum nocte sua debeat computari. Oros. Cum pro-  
mittat dñs noster **I E S V S C H R I S T V S** suis san-  
ctis, quòd in resurrectione fulgebunt sicut sol, quare  
ipse dñs in resurrectione nō fulsit. August. Quia cla-  
rificata carne utiq; resurrexit, sed noluit in ea cla-  
rificatione discipulis suis apparere, quia nō possunt  
oculis illā claritatē p̄spicere, sicut anteq̄ moreretur

b.iii.

pro nobis & resurgeret quādo trāsfiguratus est in  
mōte, discipuli sui eum uidere nō potuerūt, sed prae  
timore in terrā ceciderunt, quanto magis clarifica  
ta carne domini eum uidere non potuerunt. Oros.  
Marcus euangelista narrat deum hora tertia cru  
cifixum, Iohannes autem sexta, cui potius creden  
dum ex his duobus? Augustin. Et ille uerum dixit  
& ille similiter. Igitur hora tertia clamauerunt  
Pilato Iudæi, crucifige crucifige eum. Milites au  
tem hora sexta crucifixerunt, igitur quòd illi lin  
gua, hi manibus, ne uiderentur Iudæi non crucifi  
gere deum. Ideo Euāgelista posuit hora tertia, quia  
non tantum illi crucifixerunt qui ministerium im  
pleuerunt, sed etiam illi qui damnauerunt. In eis cō  
pletum est quod ait Psalmographus, Filij homi  
num dentes eorum arma & sagittæ, & lingua eo  
rum machera acuta. Vides qualem gladium habu  
erunt, unde hora tertia deum occiderunt. Orosius.  
Cum deus omnia bona creauerit, nihilq; sit quod  
ab illo non sit conditū, unde malum? August. Ma  
lum natura non est, sed priuatio boni nomen hoc  
accepit. Denique bonum potest esse sine malo, ma  
lum non potest esse sine bono, nec potest esse ma  
lum ubi non fuerit bonum, ac per hoc dicimus &  
angelum bonum & angelum malum, & hominem  
bonum & hominem malum, sed bonum quòd an  
gelus, malum quòd uitiosus. Ideoq; quando dici

mus bonū, naturam laudamus: quando dicimus ma-  
lum, non naturam, sed uitiū quod est bonæ naturæ  
reprehēdimus. Oros. Omnes angeli æquales an in-  
æquales creati sunt? & si æquales cur non omnes  
firmi & stabiles fuerūt? si uerò inæquales, quo me-  
rito alij præscientiæ suæ stabilitatem accipere me-  
ruerunt, & alij futurum suæ ruinæ casum minimè  
præuidere non potuerūt? August. Omnes quidem  
angeli æquales creati sunt, sed cadentibus illis per  
superbiā, cæteri dño pia obedientia cohæserūt, ac-  
cipientes certam scientiam suæ stabilitatis, quod il-  
li nunquam habuerūt, & sic sunt gratia dei in om-  
nibus circumdati, ut nunquam possint cadere ab ea  
uita, qua fruuntur domino cohærentes. Oros. Quo-  
modo intelligendum est quod dicitur in Genesi, Fa-  
ciamus hominem ad imaginē & similitudinē no-  
strā. August. In mēte, id est in ratione est & intelli-  
gentia. Ipsa itaq; mens quando cogitat ea quæ sunt  
æterna, tunc uere dei imago dicenda est. Cogitando  
æterna uir est, sicut dicit beatus Paulus Apostolus,  
Vir uon debet uelare caput suū, cum sit imago glo-  
riæ dei, id est quantuncunque se extenderit in eo  
quod æternum est, tanto magis inde formatur ad  
imaginem dei, & ideo non est cohibenda ut inde se-  
cōtineat ac tēperet: quādo uero ea agit uel cogitat  
quæ sūt tēporalia mulier appellat, tūc nō est dicēda

imago dei, & propterea debet uelare caput suū, ne  
nimium sit eius ad inferiora progressio, & cum licita  
agit, illicita cōcupiscat. Oros. Primus homo mor-  
talis factus est an immortalis? August. Et mortalis  
secundū aliam, & īmortalis secundū aliam causam.  
Tale itaq; corpus habebat primus homo, quale &  
nos, sed sine peccato, nō enim habebat legem in mē-  
bris suis repugnantem legi mētis suæ, sed utiq; me-  
ruit post præuaricationem. Igitur animale corpus  
habuit Adam, sed ut nō senesceret nec deficeret per  
illius ligni uirtutē, quo sustentabatur qui in paradi-  
so uitæ nomen acceperat. Quapropter si dei præce-  
ptum seruasset, obedientiæ merito in illud corpus  
spiritalē, quale sanctis in resurrectiōe promittitur,  
post modum cōmutandum, ac per hoc poterat non  
mori, si opera obedientiæ fecisset. Non enim sic fa-  
ctus fuerat ut nō posset mori, sicut cæteræ naturæ  
quæ omnino mori possunt, sed ita ut obediētia im-  
mortalē, inobediētia mortalē faceret. Oros. Quid  
est quod dicit beatus Paulus Apostolus, Caro &  
sanguis regnum dei non possidebunt? Augustinus.  
Ex hoc testimonio multi minus intelligētes, ac per  
hoc asserunt hominem non posse in eadem qua de-  
functus est carne resurgere, sed tollentes ueram car-  
nem nescio quale corpus aëreum quod nunquā ha-  
buit, homini post resurrectionem attribuunt, quod  
ualde absurdum considerantibus ipsam senten-  
tiam



tentiam approbatur. Caro & sanguis, inquit, regnū dei non possidebunt. Et hoc idem Apostolus Paulus exponēs, quodā modo subsecutus adiunxit, Neque corruptio incorruptionem possidebit. Quibus scribit Apostolus: Nēpe his qui dicebant, Manducemus & bibamus, cras em̄ moriemur. Hos redarguēs beatus Paulus Ap̄lus carnem & sanguinem, hoc est opera carnis & sanguinis non posse adipisci regnum dei. Nam si propria hic substantia carnis accipienda est, quid dicent de his quibus scribit idem Apostolus, Vos autem in carne non estis, sed in spiritu. Nunquid Romani carnem nō habebāt, quibus Apostolus scribebat: Sed in carne, inquit, nō estis, id est non estis carnales, non facitis opera carnis quæ inimica sunt deo, quæ legi non subiiciuntur. Qui autem in carne sunt, inquit, deo placere nō possunt. Ecce qualis caro regnum dei non possidebit. Nam quod in eadem qua morimur carne resurgat, dñs noster IESVS CHRISTVS post resurrectionem suā dubitantibus discipulis, & putātibus spiritū uidere, respondit, Palpate & uidete, quia spiritus carnem & ossa non habet sicut me uidetis habere. Ac per hoc credimus hominem nō tantū cum carne & ossibus, sed etiam cum sanguine, & quicquid ad naturam eius pertinet, resurgere, sed sine corruptione erit illis semper æterna uita, æterna felicitas contemplando trinitatem dñi. Igitur sicut

c.i.

iusti cum sua carne ad æternam felicitatem, ita impij ad æternam resurgent miseriam. Oros. Genesis principium est, In principio fecit deus cœlũ & terram, angeli post modum facti sunt. Si antè angeli facti sunt, non primum omnium fecit deus cœlum & terram. August. Quando facta sunt simul sydera, ait scriptura, Laudauerunt me angeli mei uoce magna, quarto enim die facta sunt sydera, & iam angeli erant. Neque enim die tertio, neque secundo facti sunt. In his enim apparet quæ facta sunt. Tertia enim die scilicet terra ab aquis discreta est, secunda factum est firmamentum, ubi sol & luna discurrent & sydera. Porrò primus dies ipsa est angelica natura, quæ primò cœli nomine nuncupata est, unde euidenter ostenditur, primo die spiritalem factam, id est angelicam naturam, & sic hoc cœlũ quod oculis cernimus. Nã quod ait, in principio fecit deus cœlũ & terram, non primò omniũ ait, sed in principio, id est in filio, imo per filium fecit deus omnem spiritalem corporalemq; naturã, quæ cœli & terræ nomine appellata est. Nam quòd ipse sit principium de se interrogãtib; Iudæis quis esset, respondit, Principiũ, quia & loquor uobis. Primò igitur uoluit cœlũ & terrã uelut quandam spiritalem corporalemq; materiã dicere: & sic quemadmodum sigillatim facta sunt ordine texere. Quòd enim dixit cœlum hoc mihi uideretur dixisse aquarũ

abyssum tenebrosam, ab eo quod admodū fluitans  
tem uitā nisi conuertatur ad creatorē & fiat lux &  
cōtempletur trinitatē deū esse ī deo: neq; em̄ ita di  
cimus, ut ista materies præcedat formā suam, sicut  
præcedit lignū arcum, sed sicut uox uerbum, neq;  
enim tempore, sed origine. Igitur prima creatura  
lux, non ista quæ quarta die facta est, sed spiritalis,  
id est angelica natura. Oros. Spiritus dei ferebat su  
per aquas, localiter ferebat sicut sol & luna & alia  
sydera, an aliter? Aug. Spūs sanctus est, quare non  
loco cōtinetur aut distēditur, neq; temporū motio  
nibus subiacet, sed ubiq; præfens totus. Cū modo  
sanē noīauit creaturā, cui supferri diceret spūs san  
ctus, nō localiter sed potēcialiter. Dñs nō ex indigē  
gētia fecit opera sua, sed beneficētia, neq; horū indigē  
get quæ fecit. Indigus q̄ppe atq; egenus amor sub  
iacet rebus quas diligit: ideo dictū supferri creatu  
ræ spm̄ sanctū, q̄a nō ex indigētia opatus est ipsam  
creaturā. Oros. Dixit deus, fiat lux; in die dixit, an  
ante oēm diē: si ī die dixit, tēporaliter dixit, si tēpo  
raliter dixit, p̄ aliquā creaturā dixit, igitur nō pri  
ma creatura lux. Aug. Nec in die dixit, nec tēpora  
liter, q̄a ante oēm profectō creaturā uerbū suū ge  
nuit. Dictum itaq; dei, uerbū, dei est sed diuina scri  
ptura paruulis cōgruens & q̄dāmodo eos lactās ut  
p̄ficiāt & cibū spiritalē capiāt uoluit semp̄ per oēm  
creaturę formationē, dictionē dei nūcupare, ut uerbi

*Dictum  
dei.*

causa, si requiramus quomodo facta est lux, audias  
in uerbo dei erat ut fieret & cætera per ordinem si  
requiras quomodo facta sunt, in uerbo dei erat ut  
fieret. Hoc enim dixit deus, Fiat lux. Neque enim cor-  
poralibus modis loquitur diuina natura, nec quo-  
ties dicitur dixit, toties uerba formauit. Vnum enim  
uerbum genuit coæternum & cõsubstantialia sibi, in quo  
omnia ineffabiliter & ~~quod~~ tẽporaliter dixit. Oros.  
Si subito uidit deus lucem quod esset bona, antea nesci-  
uit, & uisio cõtulit ei scientiam. August. Omne enim  
opus præcedit uoluntas nostra dum cogitamus quod ope-  
rari debeamus. Nemo enim ignorans aliquid facit dum co-  
gitat qualiter fiant, quæ facienda cogitando disposuit,  
& cum hoc in hominem cadere non possit ut aliquid igno-  
rans faciat, quanto magis in deum qui omnia æterno & sta-  
bilito cõsilio suo quæ uoluit fecit, nec aliter facta &  
aliter facienda esse uidit. Eo itaque modo uidit facta quæ  
uiderat facienda. Oros. Et diuisit, inquit, sancta scri-  
ptura lucem ac tenebras, omne enim quod diuidi-  
tur & esse potest, sicut ergo essentia lucis, ita & esse-  
ntia tenebrarum. Et cur non dixit scriptura, uidit  
deus tenebras quod essent bonæ, sicut de luce di-  
ctum est? August. Deus bona & incommutabili  
uoluntate creauit omnes angelos bonos, & quia ex  
his quosdam per superbiam præsciabat casuros per  
incommutabilitatem præscientiæ suæ diuisit inter  
bonos & malos, malos igitur appellans tenebras,  
bonos

bonos appellans lucem, in his dicens, uidit deus quod boni sunt, in illis nulla tamē dicēs, ne peccata quæ sunt tenebræ approbare uideretur. Oros. Primum enim diē spiritalem adstruēs esse & quomodo habuit uesperī & mane. Aug. Omnis nanque creatura antequā tēpore suo fieret, in ipso dei uerbo prius erat ab angelis cognoscenda & sic suo tēpore faciēda. Quapropter ipsa creatura agnitio in semetipsis uesperī erat, in deo autē mane, quia plus uidetur ipsa creatura in dño quā in seipsa. Creatura plus scilicet uidetur in arte qua facta est, quā ipsa in seipsa quæ facta est. Propterea enim ait euangelista Iohannes quod factū est in ipso uita est. Oīa igitur quæ facta sunt & uitā non habēt in ipso uerbo dei uita sunt, in seipsa non sunt uita. Cœlum, terra, lapis uitā non habēt, & tamen in dño uita sunt, Viuūt igitur in deo sine initio atq; incōmutabiliter oēs rationes creaturarū. Ac per hoc plus uidetur ab angelis sanctis in uerbo dei ubi sunt uita quā in seipsa, quia sciētia angelorū cōparatione dei quodāmodo uesperascit. Ergo ī cognitione firmamēti scd̄s, in cognitione discretionis terræ ac maris tertius, in cognitione solis ac lunæ & stellarū quartus, in cognitione reptilium & uolatilium quintus, in cognitione iumētorum uel ferarū uel ipsius hominis sextus. Neq; em̄ diei uniusquē intelligimus spiritaliū creaturarum, id est angelica series facta cognitio sexies.

fecit, propter senarij numeri perfectionē. Sed de numero & de senarij numeri perfectione aliquid tibi ex scripturis sanctis colligam libens adesto & te totum ad audiēdū præpara. Vnus in numeris diuidi non potest. Ab ipso em̄ surgit omnis numerus. Ergo duo diuidi possunt sed pars eius unus est, igit̄ diuisio duorū in unum est, diuisio trium in unum est. Quid aliud hic numerus ostēdit nisi trinitatē quæ deus est, quæ quāuis tres sint personæ, in una credūtur unitate naturæ. Quaternarius scilicet duas partes habet. Nam quarta eius unum, media eius duo, unū uidelicet & duo tria sunt. Ecce partes suas nec ultra excrecit, nec cōplet, & ideo imperfectus est numerus. Quinarius nō habet nisi unū quod est quinta eius. Senarius igitur numerus perfectus est quia partibus suis cōpletur, habet em̄ unū quod est sexta eius, duo qđ est tertia, tria quod est media, unum ergo, duo & tria sex faciūt. Ideoq; ppter huius numeri perfectionē sex diebus operatus est oēm creaturam. Tres hæ partes senarij numeri, demonstrāt nobis trinitatē dñi, in trinitate numeri mensuræ & ponderis fecisse omnem creaturam. Plurimum ualere senarij numeri perfectionem in scripturis sanctis frequenter ingerimus. Præsertim in mortem domini simplam & in resurrectionē eius simplam. Mors itaque domini nostri IESV CHRISTI nō fuit in anima sed in carne sola. Mors uero nostra nō

in carne solum sed etiam in anima: in anima ppter  
 pctm̄, in carne ppter poenā peccati. Ille uero q̄a pec  
 catū non habuit, in aīa non est mortuus, sed tm̄ in  
 carne, & hoc ppter similitudinē carnis peccati quā  
 de Adam traxerat. Igitur simpla eius mors pfuit  
 & simpla eius resurrectio profuit. Duplex est mors  
 carnis eius & resurrectio eius, mors carnis n̄ræ &  
 resurrectio eius, mors aīmæ nostræ & resurrectio  
 eius duas mortes nostras, & duas resurrectiones no  
 stras, duas & duas quatuor. Vnam mortem do  
 mini & unam resurrectionem eius adde, & qua  
 tuor nostras, sex faciunt. Igitur simplum do  
 mini & duplum nostrum, tres sunt, & tres par  
 tes habet, secundum quod supra diximus, sena  
 rius numerus. Nam & xxxvi horæ quibus domi  
 nus fuit in inferno huic simpli & duplo cōgruūt,  
 XII igitur horū fuerunt diurnæ, & XXIII noctur  
 næ. Item XXIII ad duplā mortē meam concinūt, ut  
 illæ XII horæ ad mortem dñi simplā. Reuera enim  
 & natiuitas eius senarium numerū habet, XL & VI  
 annis ædificatū esse tēplum asserūt Iudæi, in euan  
 gelio, qđ intelligit de corpore dñi XL & VI anni pro  
 diebus positi sunt, XL & sex diebus dicunt formari  
 infantem in utero, & subinde in diem parturitionis  
 augmētari, qđ dragies sexies qppe seni sūt CCLXXVI  
 qui faciunt menses IX & dies X. Computa ergo ab  
 VIII. kl. April. quādo passus est dominus, tunc etiā

*Templo h  
 erosolimita  
 num*

*Quot diebus for  
 matus infans  
 in utero*

creditur fuisse conceptus usq; in diē VIII, Kal. Ian.  
& reperies dies CCLXXVI, qui cōstant per senarium  
numerū. Quid de illa muliere in euāgelio, quā decē  
& octo annis curuauerat Sathanas, quam sanauit  
dominus, dicimus: quia & ipsi anni senariū numerū  
habēt. Ter igit̃ seni, decē & octo. Illa itaq; muliere  
intelligitur genus humanū quod sexta ætate seculi  
de captiuitate diaboli liberauit. Prima ætas est ab  
*Ætates.* Adā usq; ad Noe, Sc̃da ætas a Noe usq; ad Abra-  
hā, Tertia ab Abrahamā usq; ad Dauid, Quarta a Da-  
uid usq; ad transmigratiōnē Babylonis. Quinta a  
transmigratiōne Babylonis usq; ad aduētū dñi nr̃i  
IESV CHRISTI. Sexta nunc agitur, donec excelsus  
ueniat ad iudiciū. Sexta igitur ætate seculi reforma-  
tur genus humanū ad imaginē dei, pfectō em̃ anni  
x, & VIII, nō solum sex ætates, sed etiā tria tēpora  
euidēter demōstrant. Vnū scilicet ante legē, alterū  
sub lege, tertiū sub gr̃a. Igitur & ipse annus senario  
nūero cōtinet̃. Habet em̃ dies CCCLXV, & q̃drātē.  
quippe ex CCCLXV diebus & quadrāte subductis  
senarijs remanebūt quinq; dies & quadrās, & si il-  
lū quadrātē p die ponas apte totū sex faciunt. Ecce  
quantū me dñs adiuuit de senarij numeri pfectiōe,  
& si nō quantū uolui tamē quantū potui reddidi ra-  
tionē. Oros. Ordo elemētorū & pōdus non sinit ut  
sit aquarū substantia sup̃ coelos. Aqua em̃ cedit ter-  
ræ, & aer cedit aquæ, & ignis cedit aeri. Nullomō  
enim



enim potest ut secundū elemētum quod est aqua sit  
supra quartū quod est ignis, & quomodo dictū est,  
fiat firmamētū in medio aquarū, & diuidat aquas  
ab aquis: Aug. Quomodo & qualeslibet sint aquæ  
illæ quas dicit scriptura supra cœlos esse, eas esse  
ibidem minimè dubitem. Sicut em̄ nubes istæ quæ  
humidæ utiq; sunt ferūtur sup aërē qđ est tertium  
elemētū, ita fieri posse arbitror, ut aquæ tenues atq;  
subtiles ferantur super cœlum. Nam ex hoc ponde  
re elementorū multi Philosophi resurrectionē car  
nis illudētes nō posse fieri inquiūt, ut homo qui uti  
que ex terra factus est sit in cœlo. Sed hos ueritas  
cōuincit, quæ facit multa animalia terrena uolitare  
in aërem, & aquā esse super aërem, & ignem quod  
est utiq; quartum elemētum, esse in terra. Ergo dei  
potentia quæ hæc facere approbatur, facit ut & ho  
mo & aqua sint supra cœlū. Oros. Nōne totam ter  
ram aqua tegebat & quomodo scriptura dicit, cō  
gregentur, si totam terram aqua tegebat, non erat  
locus ubi aquæ cōgregarentur, quæ sub cœlo sunt  
ī locum unum, ut appareret arida. August. Totam  
terram aqua tegebat sicut rarissima nebula quæ  
postea in unum redacta atque collecta est ut posset  
terræ species apparere. Quauis & terra longè la  
tēq; subsidens potuit cōcauas partes præbere quæ  
confluentes susciperēt ut arida appareret. Orosius.  
Cum deus omnia bona creauerit, dicēte scriptura,

d.i.

*Aqua sup  
celos unum  
& loci de fide*

& ecce omnia quæ fecit deus bona ualde, cur dominus in euangelio dicit, nemo bonus nisi solus deus? August. Quòd homo sit bonus idem ipse dominus in euangelio dicit, Homo bonus de bono thesauro cordis sui profert bona. Sed ut hoc diceret nemo bonus nisi solus deus, illi scilicet respòdebat qui uitam æternam ab eo quærebat, illi qui tantū hominem arbitrabatur dicēs, magister bone. Ideoque sic respondit dicens, Quid me dicis bonum? nemo bonus nisi solus deus, id est istam formam assumptam quam cernis, quam uidebūt boni & mali, p̄ij & imp̄ij non erit eis in bonum, quia malè agūt. Ergo nō me dicas secundū hanc formam bonum, quam uidebunt illi qui pupugerūt. Est alia forma quam nō uidebunt imp̄ij, quam non uidebunt nisi iusti, secundū hanc formam bonus sum eis qui digni fuerint me uidere. Oros. Fons, inquit sancta scriptura, ascendebat à terra irrigās uniuersam faciē terræ. Si uniuersam terram irrigabat quia & montes utiq; terra sunt, si montes rigabat diluuiū erat, & quomodo terra germinauerat herbā uirentem & faciētem sementē aut quomodo habitabat homo in terra si uniuersam terram aqua tegebat? August. Fons positus est, singularis pro plurali numero, hoc enim si sollicitè requiramus in scripturis sanctis frequenter reperimus. Habes nēpe in psalmo, Misit in eis muscam caninam & comedit eos, & ranam & exter-

minauit eos, dum utiq; nec una musca nec una rana fuerit. & alibi in Psalmo dixit, & uenit locusta. En habes singularē numerū pro plurali, secundū quod ait nobilissimus quidam poetarū, uterumq; armato milite cōplent. Porrò autem propter unitatē naturæ dictū est unus fons, ut omnes intelligamus qui sunt in terra, quia quomodo omnes ex unius abyssi natura remeāt. Nam q̄ ait irrigabat uniuersam faciem terræ, non totam terrā rigabat, sed partem. A toto em̄ partem significat, quemadmodū diximus, **C H R I S T V S** mortuus est, **C H R I S T V S** resurrexit, cū nō mortuus fuerit & resurrexerit nisi secundū carnē. Oros. Tulit ergo dñs deus hominem, ait scriptura, & posuit eū ī paradiso uoluptatis, ut operaret & custodiret illum. Quid rogo operaretur & custodiret, paradisum an aliud? August. Ista sententia duplicem intelligentiam parit. Siue enim operaretur homo paradisum, id est ī paradiso aliqd operaretur nō necessitate uictus, sed dilectione operabatur. Adhuc enim nō peccauerat, nec ei terra spinas & tribulos germinauerat, nec in sudore faciei suæ ederat panē suū, hæc nempe meruit post peccatum. Ante peccatum igitur non indigentia, non necessitate, sed sola, ut diximus, uoluntate operabatur paradisum per agriculturā, & custodiebat per disciplinā. Nō cōtra bestias neq; contra aliqua aīalia paradisum custodiebat, sed sibi scilicet ne amitteret

d.ii.

peccando, quem custodire potuerat obediēdo. Siue  
ipsum hominem ponens deus in paradiso ut ope-  
raretur & custodiret, operaretur scilicet ut bonus  
esset, & custodiret ut tutus esset, quodlibet horum  
dicatur, siue homo paradifum operaretur per agri-  
culturam & custodiret per disciplinam, siue ipsum  
hominem deus operaretur, ut bonus esset, & custo-  
diret ut tutus esset. Quodlibet intelligas, ratione  
utrunque intelligis. Oros. Cum deus minetur homi-  
ni mortē die quo cibum uetitū tetigerit, cur ea die  
nō mortuus fuerit? Sic enim scriptura dicit, In qua-  
cunque die comederis ex eo morte morieris. Au-  
gust. Quatuor mortes sancta scriptura euidenter  
ostendit. Prima, mors animæ quæ suū deserit crea-  
torem, cum enim deseruerit peccat. Sine, inquit do-  
minus in euāgelio, mortuos sepelire mortuos suos.  
Ecce habes secundum animam sepeliētes mortuos,  
& quos sepeliunt secundum carnem mortuos? Hæc  
itaque sentētia duas mortes manifestissimas docet,  
unam animarum, alteram corporum. Tertia solius  
est animæ quæ dum ex hoc corpore exierit, pati-  
tur secundum illud quod in euāgelio de diuite le-  
gimus: Pater Abraham, inquit diues, mitte digitū  
tuum & refrigera linguam meam, quia crucior in  
hac flamma. Quarta est mors cum anima receperit  
corpus, ut in ignem mittatur æternum, secundū  
illud quod dñs in euāgelio de futuro iudicio dicit,  
Ite in

Quatuor mor-  
tes

Ite in ignē æternum qui paratus est diabolo & an-  
gelis eius, die itaq; quo peccauit Adā in anima mor-  
tuus est. Sicut enim corpus uiuit ex anima, ita ani-  
ma ut beatus uiuat, uiuit ex deo. Ergo deserta ani-  
ma, anima iure dicitur mortua ex qua tres postea  
secute sunt mortes. Vt enim subsequerētur hæ, pri-  
ma præcessit desertio dei, scđm quā, die qua pecca-  
uit Adā, mortuus est. Oros. Quomodo timere po-  
terat Adam mortē, quā nullatenus sciebat? Augu.  
Sicut em̄ nos scimus resurrectionē quā nunquā ex-  
perti sumus nec uidimus, ita & ille sciebat mortem  
Scimus igitur quod exiens anima a corpore faciat  
mortē et dū reuersa fuerit in corpore suo faciat re-  
surrectionē. Ecce scimus resurrectionē quā nūq̄ ex-  
perti sumus, sic & ille sciebat utiq; mortē, non ad-  
huc per experiētiam sed per sciētiam, sciebat quip-  
pe quid esset uiuere, & per priuationē uitæ sciebat  
utiq; mortē. Sic sciūtur tenebræ p̄ priuationē lucis,  
& sic scitur silentium per priuationē uocis, & scitur  
uacuū per priuationē corporis, ita sciebat mortē p̄  
priuationē uitæ. Oros. Adduxit dñs ad Adā cūcta  
animalia & uolatilia, uidentēq; ea nomina imposuit,  
& de muliere post paululū dicit. Vidit igitur mu-  
lier, quod bonum esset lignum ad uescendum. Ecce  
scriptura manifestiss. ostendit amborum oculos a-  
pertos fuisse. Nec enim fas est dicere primos homi-  
nes cæcos factos, & cur postea paululum post ligni

AVGVVS.

uetiti actum, eadem scriptura dicit aperti sunt oculi amborum? Oros. Nisi oculos haberent apertos, nec ille animalibus nomina imponeret, nec illa uideret ligni pulchritudinem, hoc quippe uerū quia oculos apertos habebāt, & tamē nisi ad aliquod essent clausi nullatenus diceret scriptura aperti sunt oculi amborū. Aperti sunt scilicet non ad aliud nisi ad inuicem concupiscendum, ut esset lex in mēbris repugnans legi mentis, ut etiā in ipsis membris esset, nō uoluntarius morus, sed iusta scilicet dei uindicta, ut homo qui noluit esse subiectus deo, nō haberet subditum corpus. Ergo in id aperti sunt oculi amborum ut mouerentur concupiscencialiter membra. Oros. Cum audissent uocem Adam & Eua, ait scriptura, domini dei deambulantis in paradiso absconderunt se, rogo quæ est ista deambulatio. August. Absit enim ut deus qui trinitas est, ex hoc quia eius dicitur deambulatio, corporeus aut localis esse credatur, omne corpus locale est, & omne locale utiq; corpus est, deus uero incorporea res est, nec temporaliter mouetur neq; loco continetur, neq; de loco ad locum transfertur. Eius nanq; deambulatio intelligenda est per aliquam creaturam facta, quam creaturam fuisse ex ipsius scripturæ circumstantia intellectum a maioribus recolo. Oros. Cum deus unus sit dicente scriptura Audi Israel, dominus de-

Quo nō aperti sunt  
oculi Adam. →  
209

us tuus dominus unus est. Quomodo ipse ait, Ecce  
Adam quasi unus ex nobis factus est? nobis enim  
pluralitatem insinuat. August. Deus enim quā-  
uis sit unus, tamen trinitas est, pater scilicet & fi-  
lius & spiritus sanctus. Unus ex nobis dictus est,  
non propter pluralitatem deorum, sed propter plu-  
ralitatem personarum. Oros. Multa itaq; uidi-  
mus animalia ex corruptione corporum maxime  
mortuorum nasci, nunquid tunc creata sunt quan-  
do ipsa corpora? August. Absit ut tunc creata  
dicantur quando ipsa corpora, sed corporibus in-  
sita sunt, & quodammodo liceat ea quæ sunt suo  
tempore exortura. Sicut enim semen cuiuslibet ar-  
boris habet quandam uim, ut cum obrutum fue-  
rit in terra, oriatur, & uirgultū producat, dein-  
deramis nihilominus conspicata dilatetur, frondi-  
bus decorata fructificet, ita est in corpore ut ita  
dicam quoddam seminarium, unde suo tempo-  
re, curante prouidentia dei, aliqua genera anima-  
lium oriantur. / Oros. Cum deus dixerit generet  
terra herbam uirentem & afferentem semen & li-  
gna fructifera, ligna infructuosa uel spinas ac tri-  
bulos quādo fecit. Aug. Simul omnia deus fecit di-  
cente scriptura. Qui uiuit in æternum creauit  
omnia simul. Nullatenus igitur dicenda sunt

*Hæc nota p̄ in-  
tellectu illorū  
reborū q̄ uiuit  
in æternum crea-  
uit oīa simul*

*Proinde omnia in se trinitas deus dicitur in se  
creata habuit q̄ fecit. Intellectus q̄ dicitur oīa in se  
1017*

infructuosa ligna, q̄ aliquo mō hoībus afferūt adiu  
mēta, quia & re uera si nō inuenimus in ea aliquid  
ad edēdū, inuenimus scilicet ad medicamētū, inueni  
mus ad adiutoriū. Nā quātas utilitates habeas ī ea,  
tui ipse cōsydera. Proinde quia a fruēdo dicitur fru  
ctus, & ab omī ligno possumus habere aliqd̄ adiu  
toriū, iure nullū lignū dicimus infructuosum. Spinæ  
uero & tribuli quīs post pct̄m hoī nascātur ad la  
borē dicēte scriptura, spinas & tribulos pariet tibi,  
tñ non est dicēdū tūc ea oriri ex terra, quia iā erant  
utiq̄ ad pastus pecudū uel uolatiliū facta, sed nō ad  
augēdā hoīspcēnā p̄ducta. Oros. Si oīa in nūero &  
mēsurā & pōdere deus disposuit sicut s̄cta scriptu  
ra testat̄, ip̄m n̄merū & mēsurā & pōdus ubi dispo  
suit. Aug. Numerus & mēsurā & pondus ipse est  
deus, ip̄e est numerus sine nūero a quo est oīs nume  
rus, ipse est mēsurā sine mēsurā a quo est oīs mēsu  
ra, ipse est pōdus sine pōdere a quo est omē pōdus,  
oīa ergo in numero & mēsurā & pōdere disposuit,  
tanq̄ si diceret oīa in se disposuit. Non em̄ creaturā  
extra se aut alicubi uidit, ut sicut homīes, memoria  
retineat q̄ faceret. Oīs igit̄ causa creaturæ uoluntas  
est creatoris, hoc est ibi uolūtas qđ natura, sic tamē  
æterna est natura, sic æterna uolūtas. Nō em̄ acci  
dit deo noua aliqua cogitatio ad formādā creaturā.  
Proinde omīa in se trinitas deus disposuit, quia in se  
cūcta habuit q̄ fecit. Intelligitur & aliter oīa in nu  
mero



mero mēſura & pōdere diſpoſuit, id eſt oīa quæ fe-  
cit numerū, mēſurā & pondus habēt. Oroſ. Nunquā  
nā ſic adduxit deus ad Adam oīa animātia terræ,  
& uniuerſa uolatilia cœli, q̄ modo adducāt aucupā-  
tes aut uenantes ad retia: an forſitan uox de nube fa-  
cta eſt iuſſionis quā intelligerēt tanq̄ rationales aīæ  
ut ea audita nihilominus obedirent. Aug. Non hoc  
acceperūt animantia aut uolatilia cœli ut ſint ratio-  
nis capaces, per quam obedire poſſint creatori ſuo.  
In ſuo tñ gñe obtēperāt deo nō rationali uolūtatis  
arbitrio, ſed ſicut mouet ille oīa tēporibus oppor-  
tunis nō ipſe tēporaliter motus. Mouet itaq; ſeipm  
ſine tpe & loco, mouet creatū ſpiriū ſine loco tēpo-  
raliter, mouet creaturam corpoream tēporaliter &  
localiter. Præcedit igit̄ ſubſtātia quæ tantū tēpora-  
liter mouet illam quæ tēporaliter & localiter moue-  
tur, præcedit itaq; ſubſtātia quæ nec tēporaliter  
nec localiter mouetur illam, quæ tñ tēporaliter mo-  
uetur, id eſt ſpūs cōditus mouet ſeipſum per tēpus  
ſine loco, mouet corpus per tēpus & locum. Spiri-  
tus uero creator mouet ſeipm ſine tpe & loco, igit̄  
tur ſpiritus rationalis q̄ eſt in hoībus ſeu irrationali-  
lis etiam & ſi uiſus mouetur, ſed rationabilē habet  
intelligētiam per quam iudicare poſſit utrum uiſus  
cōſentiat an nō cōſentiat. Animalia uero aut uola-  
tilia nō acceperunt hoc iudicium, pro ſuo tñ genere  
atque natura uiſio aliqua acta propelluntur. Vnde

e.i.

quomodo mouent oīa

angelica natura iussa dei perficiēs mouet uisis omne genus animārium ducēs quo ille nescit. Si homines possunt nōnulla animalium genera mansueta facere, ita ut quosdam uoluntates hominū facere uideantur, quanto magis angeli possunt? Oros. Quae causa facit ut deus quē adstruis moueri, nō moueatur in tempore, aut spiritus creatus qui mouetur in tempore, nō moueatur & loco? Aug. Deus qui instituit tempora & est ante tempora nihil in eo est praeteritum & futurū, nullum cōsiliū nouū, nullaq; noua cogitatio, quia scilicet si noua, & accidēs, si accidit deo aliquid, iam nō est imutabilis. Igitur imutabilis deus est, nihil illi accidit, nulla noua cogitatio, nullum nouū cōsiliū, ideo nō mouetur in tempore. Spiritus uero conditus sicut est angelorū, quantum sine tempore cōtemplatur dei aeternitatē, ueritatem, charitatem, tñ quia ex tempore in inferioribus iussa dei perficiūtur, iure credūtur moueri in tempore. Corpora uero sua in loco mouēt dum descēdunt de caelo & ascēdunt ad caelū, spiritus itaq; hominū mouētur in tpe reminiscēdo praeterita, futura expectādo, aliqd nouū discēdo. Neq; em̄ cum recordor aliquā lectionē aut aliquā ciuitatem, si cōmotus est spūs meus cogitādo ut haec recordaretur ex tēpe, itaq; motus est & loco. Qd̄ si in loco moueret, aut in caelo, aut in terra moueret: quia sine caelo & terra nullus est locus. Vbi em̄ fuit ip̄e spūs in caelo an in

Quare d̄s non  
mouetur in  
tempa neq; in  
loco. f.

terra, ut uideret ipsam lectionem uel ipsam ciuitatem. Ergo si in nullo loco uidit ut recordaretur in seipso, uidit & quia initiū habet, cogitatio est omne quod nutū habet, & tēpus habet. Igitur secundū su-  
pradictā rationē spiritus creatus per tēpus moueri potest, nō per locū, spiritus creatus sine tpe & loco, corpus autē & loco & tēpore. Oros. Cum requies nō sit nisi post laborē, cur deus requiescere dicitur? an & ipse ope fatigatus est ut reqescere dicat? August. Non in aliquam creaturā tanq̄ eius bono indigens requieuit deus, sed in seipso, deniq; non in aliquo dierū, sed post sexti diei opera requiescere legitur, unde liquidō apparet nullā creaturā deus per indigētiā, sed sola bonitate fecisse, q̄ si in aliq̄ creatura requiesceret, aliquā creaturā indigens fecisset. Ergo quia nullam creaturam per indigētiā fecit, proinde in nullam creaturā requieuit. Nam quod dicit scriptura requieuisse deum in die septimo ab oībus operibus suis quæ fecit, hoc intelligi posse arbitror quod non in ipsum diem tanquam eius boni indigens quo sit beator requieuerit, sed ipsum diem septimum, id est angelicam naturam adduxisse ad requiem suam, ut uiderēt scilicet in deo sicut omnem formandam creaturā, ita & illum uiderent quod nullam creaturam per indigentiam sed sola bonitate fecisset. Hoc enim arbitror intelligi posse requiem dei. Intelligitur & aliter requies

uideret

e.ii.

requies dei, id est cum nos post bona opera requiescere facit secundum illum modum quo dicit deus ad Abraham, Nunc cognoui quod timeas deum, & intelligitur cognoscere te feci. Ita & hic intelligitur requiescere deus, cum sanctis suis requiem præstat. Item aliter requiescere deus dicitur à condendis nouis creaturis, quia post editionem sex dierum operum, nullam deinceps condidit creaturam. Nam quod ait, pater meus usque modo operatur, & ego operor, non nouam creaturam intelligitur, sed quam condidit administrando. Oros. Quomodo enim serpens loqui poterat in paradiso, cum aliquod esse appareat irrationale animal? August. Serpens per se loqui non poterat, quia non à creatore acceperat, assumpsit enim nimirum illum diabolus utens eo uelut organo per quod articulatum sonum emitteret, per illum nempe uerba faciebat, & tamen hic ille etiam nesciebat. Natura igitur rationis expers subditur rationabili naturæ, sed tamen non tantum quantum uult ex ea uel in ea facit, sed quantum à creatore acceperit. Oros. Et si non intelligunt serpentes quomodo audiunt uerba Marforum, & ad incarnationem eorum exeunt de speluncis suis? August. Licet intellectum non habeant, tamen sensu corporis nullatenus carerent, habent enim & uisum & auditum, & odoratum & gustum & tactum, & ideo quamuis audiant uerba Marforum nequaquam tamen intelligunt. Non enim obediunt

obediunt intelligēdo, sed ut de antris ad uerba Mar  
 forum exeant permittēte deo coguntur a diabolo .  
 unde datur testimonium de illorū primo facto, qđ  
 primum hominē diabolus per serpētem decepit in  
 paradiso. Oros. Nūquid quia opus erat Adæ ut ei  
 coniunx fieret, aliter non poterat fieri nisi ut dormi  
 enti costa detraheretur, ex qua cōiūx ædificaretur.  
 August. Poterat & aliter facere sed congruentius  
 iudicauit ut sic faceret unde aliqd significaretur, si  
 cut em̄ dormiēti Adæ costa detrahitur ut cōiunx  
 efficiatur, ita CHRISTO morienti de latere sanguis  
 effunditur ut ecclesia construatur. Communicando  
 nempe corpore & sanguine CHRISTI, efficitur ec  
 clesia CHRISTI coniunx. Oros. Quomodo intelli  
 gendum quod dicit Adam, quamobrem relinquet  
 homo patrem & matrem & adhærebit uxori suæ,  
 & erunt duo in carne una. August. Beatus Paulus  
 Apostolus, hoc capitulū sibi ponens exposuit di  
 cens, Sacramentum hoc magnum est. Ego autē di  
 co in CHRISTO & ecclesia, sed quomodo CHRIS  
 TUS reliquerit patrem cum una substātia sit cum  
 patre, aut ubi esse poterit pater sine filio? cum de  
 ipso filio qui est sapientia dicatur quod attingat a  
 fine usq; ad finem fortiter & disponat omnia sua  
 uiter. Ergo ibi est filius ubi & pater & nō po  
 test esse pater sine filio, nec filius sine patre, quia  
 scilicet sicut inseparabiles sunt in natura, ita & se

*Nota expositio*  
*rationem optimē illu*  
*strat uerboz. Be*  
*opter hęc relin*  
*quit hō patrē &*  
*matrē. J.*

parabiles in personis . Sic enim ipse filius de patre dicit in euangelio, qui misit me, mecum est, quomodo modo dereliquit patrē ut adhæreret uxori suæ, id est ecclesiæ suæ, nisi illo modo quo Apostolus dicit, qui cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens. Ipsa igitur forma est seruilis acceptio, & ipsa exinanitio quam non sit diuinitatis abolitio, aut naturæ amissio, tamen propter formam serui in qua dinoscitur apparuisse iure dicit Apostolus patrem deseruisse, dereliquit & matrem synagogam scilicet ueteri testamento carnaliter inhærentem, & adhæsit uxori suæ, id est sanctæ ecclesiæ, ut per pacem noui testamenti essent duo in carne una. Oros. Cur enim ex terræ fructibus munera reprobandantur, & Abel de ouibus gregis sui munera suscipiuntur. August. Cain typum gerebat Iudæorum qui illa corporalia sacramenta secundum uetus testamentum exercebant, horum enim sacrificia superueniente testamento noui fide ex innocentia domini laudantis quod significabat Abel ex ouibus. Munera uero Cain non accipiuntur unde etiā in psalmo dicitur oblationes & holocausta noluiti. Oros. Quid significat quod Cain fratrem suum Abel in agro

interfecit? August. Iam superius diximus Cain  
significare Iudæos qui CHRISTVM occide-  
runt. Occiditur itaque Abel minor natu, occi-  
ditur CHRISTVS caput minoris natu populi,  
ille in agro, iste in Caluariae loco. Oros. Quo-  
modo intelligitur quod sanguis Abel legitur de  
terra ad deum clamasse? August. Sanguis Abel  
significat sanguinem CHRISTI, quem uniuersa  
ecclesia dum potantur sanguinem CHRISTI  
& dicunt amen tu ipse si potes considera. Iu-  
dæi ergo qui intelliguntur in persona Cain, quo-  
niam non credentes in CHRISTO potantur san-  
guinem CHRISTI maledicti sunt super terram,  
super illam scilicet terram quæ aperuit os suum  
per confessionem, & bibit sanguinem fratris sui,  
id est CHRISTI sui, quem quia Iudæi non bi-  
bunt, ideo maledicti sunt. Oros. Quid signi-  
ficat quod Enoch septimus ab Adam cum deo  
ambulauit & non apparuit? August. Enoch se-  
ptimus ab Adam transfertur ad deum, & septi-  
mo requies promittitur sanctis, quia in sexta æta-  
te seculi reformantur in agnitione dei, ut trāsfe-  
rantur ad requiem. Oros. Quid significat quod  
Noe per aquā & lignū liberatur. Aug. Aqua signi-  
ficat baptismū & lignū crucē, sicut Noe per aquā

*Enoch.*

e. iij. !

& lignū liberatur. Ita & ecclesia baptisimi & passio  
nis signaculo liberatur. Oros. Quid significat quā ar  
cha de lignis quadratis cōstructa intrinsecus & extrin  
secus bitumine linitur. Aug. Sicut archa de lignis  
quadratis ædificatur, ita & ecclesia de sãctis cōstruit̃.  
Quadratum em̃ in quacūq; parte posueris fortiter  
stat & sancti in qualibet tētatione stabiles p̃manēt  
nō aduersitatibus, nō p̃speritatibus cedunt, bitumē  
em̃ significat charitatē per quā sancti nec illis scan  
dalis quæ fiunt ab his qui intus sunt, cedunt, nec illis  
quæ fiunt ab his qui foris sunt, & seruant unitatē spūs  
in uinculo pacis tolerantes & malos Christianos qui  
sunt in ecclesia, & hæreticos qui sunt extra ecclesiã.  
Oros. Quid significat quod archa in longitudinē ha  
buit trecetos cubitos, & in latitudinē quinquaginta  
& in altitudinē triginta? Aug. Sancta ecclesia ut fa  
ciat mandata dei adiuuatur spū dei dicēte psalmo  
grapho, uiam mādatorū tuorū cucurri cū dilatasti  
cor meū, nisi dilatatū cor habuisset, uia dei minimē  
cucurrisset, & unde dilatatur cor nisi per charitatē  
specialē? hinc etiã beatus Ap̃ls Paulus psalmogra  
phi uoci consentit, cor nostrū dilatatū est, unde quō  
dilatatū? gr̃a, inquit, dei diffusa est in cordibus no  
stris per spm̃ sc̃tm̃ qui datus est nobis, ergo spiritu  
sc̃to accepta operatur ecclesia cū delectatione ope  
ra dei, quæ sine gr̃a spūs nequaquā potuerat opera  
ri, hunc em̃ spm̃ septiformē scripura sancta cōme  
morat



morat & commendat, Septies igitur septeni faciunt  
quadraginta nouem addito uno ut compleatur nu-  
merus, unde & dñs in cœlū ascendens quinquage-  
simo die misit spiritū sanctū cum corda credētium  
dilataret. Triginta uero cubiti significāt decē præ-  
cepta legis. Decies igitur triginta, trecentū. sed hæc  
præcepta non possunt impleri nisi charitate faciē-  
te, id est spiritu sancto, qui significatur in latitudi-  
ne L cubitorū, idcirco archa utrūq; numerum ha-  
bet: nam & ipsa bona opera propter supernum fi-  
nē facit ecclesia, quod significāt triginta cubitis alti-  
tudinis. Re em̄ uera spiritus est altitudo nostra, ipse  
scilicet tricenarius doctrinā euāgelicam cōsecrauit:  
ipse est & supernus finis ad quē bona opera indubi-  
tanter refert. Oros. Quid significat q̄ post dies VII  
ex quo ingressus Noe in archā pluit deus sup terrā  
XL diebus, & XL noctibus? August. Quod post VII  
dies pluit deus super terrā hoc significat q̄ omnes  
qui baptizantur in spem futuræ quietis, quæ septi-  
mo die significata est baptizantur, & omnis reatus  
p̄ctōrū quindecim præceptis legis admittit̄ p̄ uni-  
uersum orbē terrarū qui quatuor partibus cōtinet̄:  
unde decē quippe quater ductæ XL faciunt, siue ille  
reatus, quod ad dies pertinet ex rerū p̄speritate, si-  
ue quod ad noctes, ex rerū aduersitate cōtractus sit,  
sacramēto baptismi cœlestis abluitur. Oros. Quid  
significat q̄ Noe sexcentorū erat annorū qñ diluuij  
f.i.

aquæ inundauerūt sup̄ terrā. August. Sexcenti anni significant sex ætates seculi. Scilicet prima ætas est ab Adam usq; ad Noe, secūda à Noe usque ad Abrahā, tertia ab Abrahā usq; ad Dauid, quarta à Dauid usq; ad transmigratiōē Babylonis, quinta à transmigratiōē Babylonis usq; ad aduētū dñi, sexta quæ nunc agit, Sexcētesimo anno uitæ Noe factū est diluuiū, ita sexta ætate dei reformat homo imaginatione dei p̄ baptismū. Oros. Quid significat q̄ de omni gñe animalū atq; uolatiliū imūda bina inducūtur in archā & mūda septena. Aug. Imūda illos hoīes significāt q̄ ad schisma sunt faciles, mūda uero, hoīes sanctos q̄ uiuunt. Hinc etiā quidā poeta ait, Numero deus impare gaudet. Oros. Quid significat q̄ oēs mōtes excelsos supercreuerat aqua xv cubitis. Aug. Octo & vii faciūt xv, octo nēpe significāt resurrectionē, & septē, q̄etē. Hoc itaq; mysteriū resurrectionis & quietis sup̄gressū est oēm sciētīā superborū sapientū, & nullatenus poterūt sciētīā indagare resurrectionis & quietis. Oros. Quare cū ingrederetur Noe ī archā dixit deus ad eū, Ingredere tu & filij tui, uxor tua & uxores filiorum tuorū tecū. In ingressiōē nēpe separati, in egressiōne cōiuncti dicūtur. August. Eorū quippe ingressio istam uitam significat ubi caro cōcupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, ut non quæcūq; uultis illa faciat. Egressio autē illam uitam

significat ubi caro iam nullā habebit cōcupiscentiā  
aduersus sp̄m, nihilq; erit ex nobis qđ repugnet in  
nobis. Oros. Quid significat dimissus coruus de ar-  
cha q nō est reuersus. Aug. Coruus igit ut nō reuer-  
teret̄ aut aquis interceptus est, aut aut aliquo ca-  
daueri illectus inedit, significat illos hoīes qui car-  
nalibus dediti rebus, dei præcepta cōtemnūt & nul-  
latenus pœnitēdo ecclesiæ satisfaciūt, unde per ma-  
la opera recesserūt, uel certe si quis interceptus est  
ille coruus, illos significat q de ecclesia exeūt & hæ-  
retico baptismo polluit. Quis em̄ & unū bap-  
tisma sit hæreticorum eorū scilicet qui in noīe patris  
& filij & sp̄s sancti baptizāt, & ecclesiæ catholi-  
cæ, tñ q̄a foris ecclesiā baptizātur, nō sumūt bap-  
tismum ad salutem, sed ad perniciem, habentes nimi-  
rum speciem pietatis, uirtutem autem eius abnegā-  
tes, & rursus animales, inquit, spiritum non habē-  
bentes, & idcirco eos ecclesia non rebaptizat, quia  
in nomine trinitatis baptizati sunt. Ipsa est prophe-  
tica forma sacramenti, ideo dum reuersi sunt acci-  
piunt uirtutē spiritus sancti, quem hi qui foris ec-  
clesiam baptizantur, nōdum habēt. Oros. Quid si-  
gnificat quod Noe uir iustus plantauit uineam, bi-  
bensq; iebriatus est & nudatus in tabernaculo suo.  
August. Deus quodammodo plantauit gentem Iu-  
dæorum segregando eam à cunctis gentibus, uide  
& circumcisionis signum indidit, legem dedit, sa-

f.ii.

crificia instituit seipm̄ in carne uenturū in lege præ-  
dixit, cui non credētes uineæ suæ uinū, id est mali-  
tiā popl̄i sui passus est, crucifixus est, sputis illinitus  
est, sed hoc passus est in tabernaculo suo, id est ī gē-  
te sua. Oros. Quid significat q̄ Cham pater Cha-  
naam uidens uerecūda patris sui exiit foras & nū-  
tiauuit fratribus suis? Aug. In duobus filijs maximo  
& minimo duo populi figurati sunt, unā uestē à ter-  
go portātes, sacramentū scilicet iam præteritæ atq̄  
transactæ dominicæ passionis. Nuditatē patris neq̄  
intuētur qui in C H R I S T I necem nō cōsentiūt, &  
honorāt uelamēto, tanq̄ sciētes unde sint nati, me-  
dius filius, id est populus ludæorū, ideo medius qa  
nec primatū apostolr̄ tenuit, nec ultimus ī gētibus  
credidit. Vidit nuditatē patris quia cōsensit in necē  
C H R I S T I, & nuntiauuit fratribus suis, per eū qp̄-  
pe nuntiatū est, & quodāmodo publicatum q̄ erat  
prophetiæ secretū, ideoq̄ fit fratrū suorū seruus: qd  
est eīm aliud, hodieq̄ gens ipsa seminaria Christia-  
norū portans legē & pphetias ad testimonium as-  
sertionis ecclesiæ, ut nos honoremus per sacramen-  
tū quod nuntiat ille per literā. Oros. Quid signifi-  
cat quod dicit ad Abraham, Egredere de terra tua  
& de cognatione tua, & de domo patris tui? Aug.  
Abrahā personā portat C H R I S T I, sic eīm Abra-  
hā dimisit terrā & cognationē suā & domū patris  
sui & uenit ī terrā quā ignorabat, ita & CHRISTVS

dimisit gentem suam scilicet Iudæorū, & uenit ad  
populum gentiū. Sic temporalis explanatio habet.  
Eximus de terra nra, qñ diuitias mūdi huius, facul-  
tatesq; cōtēnimus, & de cognatiōe nostra, id est de  
uitijs prioribus quæ nobis à natiuitate nostra cohe-  
rētia uelut affinitate quadā & cōsanguinitate con-  
iuncta sunt, & de domo patris nostri id est de omni  
memoria mūdi huius quæ oculorū occurrit obtu-  
tibus. Oros. Quot genera sunt uisionū? Aug. Tria,  
prima uisio est corporalis, sc̄da spiritalis, tertia intel-  
lectualis. Corporalis igitur uisio quæ fit per corpus,  
spiritalis cū imagines eorū quæ uidemus in memo-  
ria cōdimus, intellectualis nēpe cū ea quæ corporali-  
ter uidemus & imaginaliter retinemus, intellectu di-  
scernimus qđ illud sit corpus, illud silitudo corpis.  
habēt q̄q; intellectualē bestiaē & pecora & oīa uo-  
latilia, spiritalē nullatenus habēt, uidēt ipa p̄ corpus  
& eorū quæ uident imaginaliter spūs format, un-  
de & pecora præsepia recognoscūt, & aues ad ni-  
dos suos redeunt, sed nec seipsa intelligūt quæ sunt  
nec illa quæ oculis cernūt. Postremò corporalis ui-  
sio sine spiritali esse nō potest, statim ergo ut auerti-  
mus oculos ab eis q̄ uidemus imagines eorū quæ ui-  
demus in memoria retinemus, spiritalis uero uisio  
sine corporali esse nō potest, unde & absentes ho-  
mines recordamur, & in tenebris ea quæ uidemus  
imaginaliter cernimus, intellectualis nēpe nec cor-

*Exiūdet  
de terra nostra qui  
significat*

*Quot genera sint  
uisionum.*

poralis indiget, nec spiritualis intellectus, nec corpus uidemus, nec imaginem corporis, per hunc quippe uidetur iustitia, charitas, ipse deus, ipsa mens hominis quæ nullum corpus habet, nullam similitudinem corporis, ob idem raptus fuerat Apostolus Paulus in tertium cœlum, id est ad intellectualem uisionem, ut deum non per corpus, non per similitudinem corporis, sed sicut est ipsa ueritas cerneret. Tres igitur cœli, tria sunt genera uisionum de qua loquimur, ad hoc profectò peruenit Paulus ut deum sic in ista uita uideret, sicut sancti post hanc uitam uidebunt. Oros. Quot genera sunt apostolatus, uel quale nomen sit Apostoli, uolo cognoscere. August. Apostolus interpretatur missus, apostolorum genera sunt quatuor, a deo, per hominem, & per deum & per hominem, & ex se. A deo etenim missus est Moyses, à deo & per hominē sicut IESVS Naue, per hominem tantum, sicut nostris temporibus quod fauore uulgi in sacerdotium subrogati sunt, ex se enim sicut sunt pseudo prophetae. Oros. Quomodo possumus scire qui mittatur a deo. August. Illum cognosce missum a deo, quæ non paucorum hominum laudatio, uel potius adulatione elegit, sed illum quæ & uita & mores & apostolicorum exagoge sacerdotum, etiam qui uniuersorum populorum iudicio comprobatur, qui non appetit præesse, qui non pecuniam dat ut episcopus

*Qualis fuerit  
uisio Pauli*

*Hinc clare  
Pauli dicitur  
ita quod essentia.*

*Apostolus*

*Apostolorum genera  
quatuor*

patus honorem acquirat. Nam qui præesse festi-  
nant ut quidam patrum eleganter expressit, sciat se  
non esse episcopum qui præesse desyderat nō pro-  
desse. ✓

EXCVSVS EST PARISIIS,

APVD MICHAELEM VASCOSA

NVM, VIA AD DIVVM IA

COBVM, SVB FON

TIS SIGNO.

1533

2 obras

52.





